



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Druzbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

67. Considerando Passionem Christi, per piam devotamque  
exprobrationem Christo Domini, eorum omnium, quæ ille pati dignatus  
est, & quomodo compellatus est, in omni sua vita, Passione, & morte, sive

...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

tur in omni sapientia, exhibeturque perfecta in Christo Jesu. Etenim parum foret omni Animæ, five intueri exteriores miseras Christi crucifixi, five contemplari interiores Divitias Divinitatis ejus in cruce absconditas, nisi simul etiam ipsa recipiat in sese imaginem, & similitudinem, & amorem, & gustum, & virtutem, & Possessionem crucis ejus in ipso, ut absit ei gloriari in ullo penitus, præterquam in cruce Domini nostri Jesu Christi, transformetur in eum ipsum, & configatur, conformeturque cruce ejus, in omnibus, & per omnia. Ipsi gloria in sæcula sæculorum.

## MODUS LXVII.

SEXAGESIMUS SEPTIMUS Modus Passionem Domini nostri meditando esse potest, per recognitionem, allegationem, exprobrationem, etiam atque devotam ipsimet Domino Jesu, omnium earum indignitatum, quas ipse, five in omni vita, five potissimum in Passione & Morte sua pro nobis dignatissime subire, seque illis, & (ut ait Tertullianus) eorum patientiâ sanguinare voluit. Collaudando interim Christum, compatendo ei, gratias exhibendo ipsi, appetendo similia perpeti, & offerendo ac præparando nosmet ad consimilia toleranda cum ipso, pro ipso, tenerâ quadam devotione, atque devota teneritudine cordis, veluti exprobrando hæc indigna Christo, re autem verâ illum tenerissime laudando, & exaltando, in istis, & propter ista,

D d 5

ista,



ista, atque adeo per ipsa ista, allegando ea tanquam argumenta petitionum nostrarum pro nobis, proque aliis, à Christo Domino obtinendarum.

Vixit Cracoviæ in Polonia ante annos non ita multos Virgo nomine Susanna, illustri, sed hæreticâ labe infecto genere, orta. Hæc cum fidem Catholicam amplexa esset, neque ullis artibus propinquorum suorum ab ea abduci posset, deferta, spreta, & omnibus mundi subsidiis destituta, inter summæ paupertatis, omnisque austerioris vitæ ærumnas, in obsequio divino ferventissima constantissimæque ad mortem perseveravit. Vix ulli mortalium cognita, inter absconditos Christi sponsi thesauros secreta, quia in humilitatis agro sepulta delituit, tantò uberius interioribus divitiis à Domino Deo suo cumulata, quantò minùs vulgo nota, quantò amplius soli & unipœnè Deo & perspecta, & complacita existit. Texere plenior de ejus virginis virtutibus, cæterisque divinis muneribus narrationem, hujus neque loci, neque propositi est. Quod meo servit proposito id refero. Ejus scilicet esse modum hunc, Passionem Domini meditandi, cumque Domino Passò & crucifixo agendi, & causas suas tractandi, quem in præsentia, & jam retuli, & uberius pro piarum animarum vel solatio, vel eruditione, refero. Narrant ergo (qui noverant) virginem hanc, familiarem hujusmodi orandi Christum, & agendi cum Christo modum usurpasse. Accedebat ad crucifixi Salvatoris imaginem (& in specie ad illam, quæ

S:  
ope  
J  
N

quæ in  
prope  
homin  
vigi P  
losè p  
ta, aut  
deven  
tenerr  
merar  
prope  
comp  
nostra  
mum  
mili,  
itaque  
impos  
Tu se  
Tu ad  
te, &  
Tu pa  
vini,  
viva,  
infane  
titulis  
de scri  
rentib  
debat  
laudes  
tiones  
rum fa  
smis c



quæ in templo Cathedrali Castri Cracoviensis prope Sacrarium prostat, antiquitusque multâ hominum veneratione colitur, & Beatæ Hedvigi Poloniæ quondam Reginæ lucuta miraculosè perhibetur) coram illa, in genua provoluta, aut certè humi confidens, in eum denique deveniebat orandi modum, ut reverentissimâ, tenerrima, devotissimaque simul audacia enumeraret, & veluti objectaret, exprobraret, improperaretve vocibus, atque nominibus seu compellationibus Christo Domino, quæ illi pro nostra salute dignantissimè ab inimicis potissimum suis oggesta, aut etiam ex conditione humili, quam inter nos tenuit, adnata fuêre. Eum itaque alloquens ajebat. O Tu seductor, & impostor. Tu Pseudopropheta, Tu Blaspheme, Tu seditiose, Tu Regnum ambitione querens, Tu ad columnam manu & loris carnificum ligate, & verberate, Tu conspue, & vultu sordide, Tu patibulo addicte, archilatro. Tu Potator vini, Tu peccatorum, & Publicanorum conviva, Amice, Sodalis, Tu dæmonium habens, Tu insane in furorem verse &c. His similibusque titulis velut insignibus encomiis, sive memoriâ de scripturis, sive mentis piæ affectibus suggerentibus, Christum cum satis appellitâisset, effundebatur in pias tum lachrymas, exteriùs, tum laudes, amores, gratias, postulationes, obsecrationesque interiùs: suorum plerumque votorum facta compos, quæcunque tam piis sarcasmis condita Christo proposuisset.

Arbi-



Arbitror non defuturos inter pios devotesque, quibus hic Modus cum Deo suo aut pro modulo meo subserviam, contexo ubi nobis Passi, encomiorum indiculum, quem fortè non planè satiare, ac saltem refovere

1. Conceptionem obscuram & panè suspectam habens.
2. A publico diversorio exclusæ.
3. In stabulo nate, puer, infans.
4. In præsepio reclinate.
5. Pannis involute.
6. Fugâ nocturnâ Herodis furori elapse.
7. Circumcisionis stigmatè notate.
8. Nazarene.
9. Subdite putato Patri, & Matri homini.
10. Inter peccatores baptismo pœnitentiæ ablute.
11. Famem, esuriemque patiens.
12. Tentate à diabolo.
13. Ab eodem gestate.
14. Fatigate itineribus.
15. Non recepte à civitatibus.
16. Timide, & latibula quæritans.
17. Mendicans aquam ad bibendum.
18. Novam doctrinam disseminans.
19. Phantasma.



levo-  
no a-  
ube-  
quem  
overe  
tosque Christi Passi cultores, amatores, orato-  
gendi interdum saltem arridebit. His proinde,  
riorem talium Domini Nostri JESU Christi pro  
recolens tenera pietas, devotaque, sese, & si  
possit.

Joseph cum esset vir justus, & nollet eam *Matt. 1. 19.*  
traducere.

Non erat eis locus in diversorio. *Luc. 2. 7.*

Invenietis Infantem, positum in præsepio. *Luc. 2. 12.*

Reclinavit eum in præsepio.

Pannis involutum. *Luc. 2. 12.*

Surge, & fuge in Ægyptum: futurum est *Matt. 2. 13.*  
enim ut Herodes quærat puerum.

Cùm completi sunt dies octo, ut circumci- *Luc. 2. 21.*  
deretur.

Habitavit in Nazareth, quoniam Nazaræus *Matt. 2. 23.*  
vocabitur.

A Nazareth potest aliquid boni esse? *Joan. 1. 40.*

Eterat subditus illis. *Luc. 2. 51.*

ab- Venit JESUS in Jordanem ad Joannem, ut ba- *Matt. 3. 33.*  
ptizaretur.

Cùm jejunâisset quadraginta diebus, & nocti- *Matt. 3. 13.*  
bus, esuriit.

Et accedens tentator dixit, si Filius Dei es. *Ibid. 43.*

Tunc assumpsit eum diabolus. *Ibid. 4. 5.*

JESUS autem fatigatus ex itinere, sedebat se. *Joan. 6.*

Et non receperunt eum, quia facies ejus erat *Luc. 9. 53.*

euntis in Jerusalem.

JESUS autem exivit de templo, & abscondit *Joan. 8. 59.*  
se.

Mulier, da mihi bibere. *Joan. 4. 7.*

Quænam est doctrina hæc nova? *Marc. 1. 22.*

Existimârunt eum phantasma esse. *Mar. 6. 49.*

Volue-

*Handwritten notes in a cursive script, possibly a marginal gloss or a list of words. The text is partially obscured by the binding of the book.*



20. In furorem verſe, & ligande.

21. Infane.

22. De quo nescitur, unde ſit.

23. Nihil boni.

24. Dæmonium habens.

25. Samaritane.

1. Cujus teſtimonium non eſt verum.

2. Homo faciens te ipſum Deum.

3. Lapidibus appetite.

4. Homo non à Deo.

5. In quem nemo ex Principibus credidit.

6. Seducens turbas.

7. Cum Publicanis & peccatoribus manducans.

8. E Synagoga ejective & civitate.

9. Præcipitande de montis ſupercilio.

10. Tradite gentibus ad illudendum.

11. Lachrymans,

12. Filius hominis.

13. Tributis ſerviens,

14. Ascendens ſuper aſinam, & pullum ejus.

15. Peccator.

16. Men-

S:  
ope  
T  
N



Voluerunt ligare eum dicentes, quia in furo- *Mar. 3. 27.*  
rem versus est.

Insanit iste. quid eum auditis.

Hunc nescimus unde sit.

*Joan. 10. 20.*

Unde es Tu?

*Joan. 9. 29.*

A Nazareth potest aliquid boni esse?

*Joan. 19. 9.*

Nonne bene dicimus nos quia dæmonium *Joan. 1. 40.*  
habes. *Joan. 8. 48.*

*52.*

Et Samaritanus es.

*Joan. 8. 48.*

Tu de te ipso testimonium perhibes, & testi- *Joan. 8. 13.*  
monium tuum non est verum.

Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.

*Joan. 10. 33.*

Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum.

*Joan. 8. 59.*

Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non *Joan. 9. 16.*  
custodit.

Nunquid aliquis ex Principibus credidit in *Joan. 7. 48.*  
eum?

Alii dicebant quia bonus est, alii autem quia *Joan. 7. 12.*  
non, sed seducit turbas.

Quare cum Publicanis & peccatoribus man- *Matt. 9. 11.*  
ducat & bibit. Magister vester.

Ejecerunt eum extra Civitatem.

*Luc. 4. 29.*

Duxerunt ad supercilium montis, ut præcipi- *Luc. 4. 29.*  
tarent eum.

Tradent enim eum gentibus ad illudendum, *Matt. 20. 19.*  
& flagellandum.

Et lachrymatus est JESUS.

*Joan. 11. 35.*

Quem dicunt homines esse Filium hominis? *Matt. 16. 13.*

Da illis pro me, & pro te.

*Matt. 17. 23.*

Ecce Rex tuus venit tibi, sedens super asi- *Matt. 21. 5.*  
nam.

Nos scimus, quia hic homo peccator est. *Joan. 9. 24.*

Ego



16. Mendicus & pauper.  
 17. Vermis, & non homo.  
 18. Opprobrium hominum, & abjectio plebis.  
 19. Filius Fabri.  
 20. Faber.  
 21. Filius MARIE.  
 22. Quem Herodes quæsit interficere.  
 23. Pauperior vulpibus & avibus.  
 24. Non habens ubi caput reclines.

25. In Beelzebub ejiciens dæmonia.

1. Blaspheme.  
 2. Amice Publicanorum.  
 3. Amice Proditoris Judæ.  
 4. Tanquam latro comprehense.  
 5. Suspecte de doctrina.  
 6. Vorax, & Potator vini.  
 7. Vilis merces, vilissimi pretii.  
 8. Deserte & derelictæ à tuis.  
 9. Cum juramento, anathemate, & detestatione, abnegate.  
 10. Blasphemix in Deum convicte.  
 11. Reus mortis ab universo concilio pronuntiata.  
 12. Pseudopropheta.  
 13. Cujus vultus, conspuationis locus.  
 14. Malefactor publicè & notorie.

15. Pejor



Ego autem mendicus sum & pauper. *Pf. 39. 18.*  
 Ego autem sum vermis, & non homo. *Pf. 21. 7.*  
 Opprobrium hominum, & abjectio plebis. *Ibidem.*  
 Nonne hic est fabri filius, filius Joseph. *Joan. 6. 42.*  
 Faber. *Marc. 6. 3.*  
 Et filius MARIÆ. *Ibidem.*  
 Exi hinc, quia Herodes quærit te interficere. *Luc. 13. 31.*  
 Vulpes foveas habent, volucres cœli nidôs. *Luc. 9. 58.*  
 Filius autem hominis non habet, ubi caput  
 suum reclinet. *Ibidem.*  
 In Principe Beelzebub ejicit dæmonia. *Matt. 12. 24.*

Hic blasphemat. Blasphemavit. *Matt. 9. 3.*  
 Amicus Publicanorum. *16. 26. 65.*  
 Amice ad quid venisti? *Luc. 7. 34.*  
 Tanquam ad latronem existis cum gladiis. *Matt. 16. 50.*  
 Interrogavit eum de doctrina. *Matt. 26. 55.*  
 Venit filius hominis manducans & bibens, & *Joan. 18. 19.*  
 dicunt vorax & Potator vini. *Matt. 11. 19.*  
 Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tra- *Matt. 26. 15.*  
 dam? at illi constituerunt ei triginta argenteos.  
 Discipuli relicto eo, fugerunt omnes. *Matt. 26. 56.*  
 Tunc cœpit detestari, & jurare, & anathe- *Matt. 26. 74.*  
 matizare. *Mar. 14. 71.*  
 Quid adhuc desideramus testes: audistis *Mar. 14. 63.*  
 blasphemiam.  
 Qui omnes condemnaverunt eum esse reum *Ibid. v. 64.*  
 mortis.  
 Prophetisa nobis Christe, quis est, qui te *Matt. 26. 68.*  
 percussit.  
 Tunc expuerunt in faciem ejus. *Ibid. v. 67.*  
 Si hic non esset malefactor, non tibi tradi- *Joan. 18. 30.*  
 diffemus eum.

V.P. Druzb. Op. VIII.

E e

Non

*Handwritten notes in a Gothic script, including the word 'Gicki' and other illegible characters.*



15. Pejor seditioso homicidâ, latrone Barabba.

16. Ad flagella nudate & flegellis serviliter caese.

17. Fatue, insane, illuse fatuorum veste, & sprete.

18. Rex spinee, arundinee, derise, conspu-tate.

19. Juridicè abnegate ab universa gente tua.

20. Indigne nomine & appellatione.

21. Dammate ad mortem.

22. Tradite voluntati inimicorum.

23. Ecce Homo.

24. Bajulator proprii patibuli, ad locum supplicii.

25. A turbis ad supplicium deducte.

1. Crucifixe & in ligno suspense.

2. Inter latrones velut Archilatro crucifixe.

3. Jesus Nazarenus Rex Judæorum.

4. In cruce derise.

5. Impotens ad salvandum te.

6. A latronibus concrecifixis impropere.

7. Frustra in Deo confise.

8. Falso

S:  
ope  
J  
N



Non hunc, sed Barabbam dimitte : erat au- *Ibid. v. 40.*  
 tem Barabbas latro.

Tunc apprehendit Pilatus JESUM, & fla- *Joan. 19. 1.*  
 gellavit.

Sprevit eum Herodes, & illum veste albâ *Luc. 23. 11.*  
 remisit.

Milites coronam spineam imposuerunt ca- *Joan. 19. 2.*  
 piti ejus.

Quem vos negastis ante faciem Pilati. *Act. 3. 13.*

Non hunc ; tolle, crucifige hunc, & dimitte *Luc. 23. 18.*  
 nobis Barabbam.

Pilatus adjudicavit eum, petitioni ipsorum. *Luc. 23. 24.*

JESUM verò, tradidit voluntati eorum. *Ibid. v. 25.*

Exiit ergo JESUS portans coronam, &c. *Joan. 9. 5.*

Ecce Homo.

Et bajulans sibi Crucem exiit. *Ibid. v. 17.*

Sequebatur autem eum multa turba populi. *Luc. 23. 17.*

Crucifixerunt eum. *Joan. 19. 18.*

Et cum eo alios duos, hinc, & hinc. *Ibidem.*

Scriptit autem & titulum Pilatus, & posuit *Ibid. v. 19.*  
 super crucem.

Et stabat populus, & deridebant eum Princi- *Luc. 23. 35.*  
 pes cum eis.

Alios salvos fecit, se ipsum non potest. *Matt. 27. 42.*

Id ipsum autem & latrones qui crucifixi *Ibid. v. 44.*  
 erant cum eo, improperabant ei.

Confidit in Deo, liberet nunc si vult eum. *Ibid. v. 42.*

E e a

Dixit

*Handwritten notes in a Gothic script, including the words 'Dixit', 'Ecce', 'Homo', and 'Crucem'.*



8. Falsè Deus seu Deaster, arrogatorque Deitatis.

9. Derelictè à Deo.

10. Sitiens, & in siti aceto potate.

11. Vestibus spoliata, & nudus pendens in cruce.

12. Super quem hostes moverunt capita sua, illudentes.

13. Frustra præsumens destruere rexdificareque templum Dei.

14. Inclinato capite mortuo.

15. Cadaver.

16. Lanceâ transfixe per latus.

17. Alienâ misericordiâ ad sepulturam curate.

18. Alieno sepulchro condite.

19. Extra Civitatem Sanctam ejecte.

20. Erase cum nomine ipso de terra viventium.

21. Peccatum.

22. Maledicte.

23. Maledictum.

24. Scandalifator. Scandalum.

25. Seductor.

O Jesu talis propter me, talis mihi carissimè propter dignationes & abjectiones istas tuas, tatem tuam, &c.

S:  
ope  
J  
N



Dei. Dixit enim quia Filius Dei sum. *Ibidem.*

Deus Deus meus ut quid dereliquisti me. *Matt. 27. 48.*  
 Dicit, Sitio. Vas ergo positum erat aceto *Joan. 9. 29.*  
 plenum.

Milites acceperunt vestimenta ejus. *Ibid. v. 23.*

Prætereuntes blasphemabant eum: moventes *Mar. 15. 29.*  
 res capita sua.

Vah! qui destruis templum Dei, & in triduo *Matt. 27. 40.*  
 reedificas.

Et inclinato capite, tradidit Spiritum. *Joan. 19. 30.*  
 Ut viderunt eum jam mortuum. *Ibid. v. 33.*  
 Unus militum lanceâ latus ejus aperuit. *Ibid. v. 34.*  
 Accessit ad Pilatum, & petiit Corpus Jesu. *Luc. 23. 53.*  
 Posuit corpus in monumento suo novo. *Matt. 27. 60.*  
 Ejecerunt eum extra vineam & occiderunt. *Matt. 21. 39.*  
 Eradamas eum de terra viventium, & nomen *Hieronym.*  
 ejus non memoretur amplius. *II. 19.*  
 Eum qui non noverat peccatum, pro nobis *2. Cor. 5. 21.*  
 peccatum fecit.

Maledictus omnis qui pendet in ligno. *Gal. 3. 13.*  
 Factus est pro nobis maledictum. *Gal. 3. 13.*  
 Audito verbo hoc, scandalisati sunt. *Matt. 15. 12.*  
 Et. Scandalisabantur in illo. *Marc. 6. 3.*  
 Et. Beatus, qui non fuerit scandalisatus in *Matt. 11. 6.*  
 me.

Recordati sumus, quia seductor ille dixit. *Matt. 27.*

ariffi- me. Miserere mei, sicut potes, scis, & vis,  
 tuas, secundum voluntatem tuam, propter Digni-

Ee 3 Habes

*Handwritten notes in a Gothic script:*  
 Dicit  
 Bicki  
 re  
 us II  
 V  
 8



Habes Lector Centum ejusmodi titulos, in quatuor classes divisos: eis secundum pietatem cordis tui utere, & in abjectionibus Domini tui gloriare, morare, vive. Ex eis, veluti ex fodinis metalla pretiosa erue, Divinae Laudationis, Miserationis, Charitatis, Exaltationis; tua verò humiliationis, mansuetudinis, patientiæ, orationis, atque postulationis, protectionis etiam, fiduciæ, & consolationis. Quod enim Augustinus de uno seductoris titulo, ab hostibus Christo imposito dixit. [Dixerunt Jui Pilato, Domine recordati sumus, quia seductor ille: Hoc appellabatur nomine Dominus Iesus Christus, ad solatium servorum suorum, quando dicuntur seductores. Idem de omni alio titulo, qui Christo impositus sit injuriosè, aut humiliatoriè, & sentiri, & dici potest. Neque enim servus est major Dominus suo, sed sufficit ei, si sit sicut Magister ejus. Et verò clarè id denuntiat Dominus ipse noster nobis,

*Aug. in Ph. 03. v. 2.*  
*Matth. 10. 25.* Si Patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus? Quæ conditio usque ad eò non est defugienda imitatoribus & servis Christi, ut etiam sit inter insignia, atque decora reputanda: dicente Petro Apostolo, atque monente. *Pet. 4. 12.* Charissimi nolite peregrinari in fervore, (zelo æstuantes in tribulationibus, aut opprobriis irrogatis vobis) qui ad tentationem (impatientiæ, aut vindictæ, aut dejectionis) vobis sit, quasi novi aliquid vobis contingat, & indebiti. Sed communicantes Christi passionibus, (titulis, opprobriis) gaudete, ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis; quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus Spiritus, super vos re-

quiescit  
 moper  
 vit the  
 Neque  
 confor  
 tens L  
 cecider  
 Spiritu  
 Christu  
 proper  
 Quæcu  
 scripta  
 pturari

S Exa  
 fio  
 paratio  
 que Pa  
 litate in  
 tam C  
 perque  
 que ad  
 trariet  
 tis. H  
 Magni  
 ciens  
 ”  
 infirm  
 lis, n  
 apparu  
 rithon  
 tolera



quiescit. Idque est quod Paulus in Moyle sum-  
 mope commendat, quòd majores divitias estima- *Hebr. 11. 26.*  
 vit thesauro Ægyptiorum, improprium Christi.  
 Neque dubitat ex hoc ipso capite gloriationem,  
 consolationemque suam desumere David, di-  
 cens Domino. *Opprobria exprobrantium tibi, Ps. 68. 10.*  
 ceciderunt super me! quod David fecit Personâ,  
 Spiritu, sensuque ipsius Christi, attestante Paulo.  
*Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, im-* *Rom. 15. 3.*  
*propria impropertantium tibi, ceciderunt super me.*  
*Quæcunque etiã scripta sunt, ad nostram doctrinam*  
*scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scri-*  
*pturarum spem habeamus.*

MODUS LXVIII.

Sexagesimus octavus Modus meditandi Pas-  
 sionem Domini Nostri esse potest, per Com-  
 parationem ipsius Domini Nostri Passionis, at-  
 que Patientis, & nos ad sui in Passione & Humi-  
 litate imitationem invitantis, cum Diaboli inimi-  
 tam Christi, quàm nostri superbiâ & elatione,  
 perque superbiam & elationem suam nos quo-  
 que ad omnem, Christo Patienti, & Humili con-  
 trarietatem, quâ verbis; quâ exemplis inducen-  
 tis. Habet hunc modum meditandi Gregorius  
 Magnus, quem ejus verbis hîc proposuisse suffi-  
 ciens Paradigma erit. Sic igitur ille

„Ad hoc Unigenitus Dei Filius formam „ *Lib. 34. mo-*  
 infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc invisibi- „ *ral. c. 18. n. 22.*  
 lis, non solum visibilis, sed etiam despectus „  
 apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, ir-  
 risionum opprobria, passionumque tormenta  
 toleravit, ut superbum non esse hominem

*Handwritten notes in a Gothic script, including the word 'Bicki' and other illegible characters.*